

Versio Ambrosiana	Versio Romana	Versio Gallicana	Versio juxta Hebraicum	Versio Piana	Versio Nova Vulgata	Versio Castellionis
<i>Psalmus 94</i>	<i>Psalmus 94</i>	<i>Psalmus 94</i>	<i>Psalmus 94</i>	<i>Psalmus 94</i>	<i>Psalmus 95</i>	<i>Psalmus 95</i>
Venite, exultemus Domino: jubilemus Deo salutari nostro. Præveniamus faciem ejus in confessione: et in psalmis jubilemus illi. Quoniam Deus magnus Dominus: et Rex magnus super omnes deos.	Venite, exultemus Domino; iubilemus Deo salutari nostro. Præoccupemus faciem ejus in confessione, et in psalmis iubilemus ei. Quoniam Deus magnus Dominus, et rex magnus super omnes deos.	Venite, exultemus Domino; jubilemus Deo salutari nostro; præoccupemus faciem ejus in confessione, et in psalmis jubilemus ei: quoniam Deus magnus Dominus, et rex magnus super omnes deos.	venite laudemus Dominum iubilemus petrae Iesu nostro praeoccupemus vultum ejus in actione gratiarum in canticis iubilemus ei quoniam fortis et magnus Dominus et rex magnus super omnes deos	Venite, exultemus Domino, Acclamemus Petrae salutis nostrae: Accedamus in conspectum ejus cum laudibus, Cum canticis exultemus ei. Nam Deus magnus est Dominus, Et Rex magnus super omnes deos.	Venite, exultemus Domino; iubilemus Deo salutari nostro. Præoccupemus faciem ejus in confessione et in psalmis iubilemus ei. Quoniam Deus magnus Dominus, et rex magnus super omnes deos.	Adeste, cantemus Iovam, resonemus numen salutare nobis. Interpellemus eum celebrando, et cantionibus resonando. Etenim Deus magnus est Iova, et rex omnium maximus deorum.
Quoniam in manu ejus sunt omnes fines terræ: et altitudines montium ipsius sunt. Quoniam ipsius est mare, et ipse fecit illud, et aridam fundaverunt manus ejus.	Quoniam non repellet Dominus plebem suam, quia in manu ejus sunt omnes fines terræ, et altitudines montium ipsius conspicit; quoniam ipsius est mare, et ipse fecit illud: et aridam fundaverunt manus ejus.	Quia in manu ejus sunt omnes fines terræ, et altitudines montium ipsius sunt; quoniam ipsius est mare, et ipse fecit illud, et siccam manus ejus formaverunt.	in cuius manu fundamenta terrae et excelsa montium ipsius sunt cuius est mare ipse enim fecit illud et siccam manus ejus plasmaverunt	In manu ejus sunt profunda terrae, Et altitudines montium ipsius sunt. Ipsius est mare: nam ipse fecit illud, Et terra sicca, quam formaverunt manus ejus:	Quia in manu ejus sunt profunda terrae, et altitudines montium ipsius sunt. Quoniam ipsius est mare, et ipse fecit illud, et siccam manus ejus formaverunt.	Cuius in manu terrae penetralia, cuius sunt montium altitudines. Cuius est mare, quod ipse fecit, siccumque, suis quod manibus formavit.
Venite, adoremus et procidamus ante eum: et ploremus coram Domino qui fecit nos. Quia ipse est Dominus Deus noster: nos autem populus ejus et oves manus ejus.	Venite, adoremus, et procidamus ante Deum, ploremus coram Domino qui fecit nos, quia ipse est Dominus Deus noster, nos autem populus ejus et oves pascuæ ejus.	Venite, adoremus, et procidamus, et ploremus ante Dominum qui fecit nos: quia ipse est Dominus Deus noster, et nos populus pascuæ ejus, et oves manus ejus.	venite adoremus et curvemur flectamus genua ante faciem Domini factoris nostri quia ipse est Deus noster et nos populus pascuæ ejus et grex manus ejus	Venite, adoremus et procidamus, Et genua flectamus Domino qui fecit nos. Nam ipse est Deus noster, Nos autem populus pascuæ ejus et oves manus ejus.	Venite, adoremus et procidamus et genua flectamus ante Dominum, qui fecit nos, quia ipse est Deus noster, et nos populus pascuæ ejus et oves manus ejus.	Agite veneremur supplices, flexis ante Iovam creatorem nostrum genibus. Is enim Deus noster est, et nos ejus gubernationis oves.
Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra: sicut in exacerbatione. Secundum diem tentationis in deserto, ubi tentaverunt me patres vestri: probaverunt et viderunt opera mea.	Hodie si vocem ejus audieritis "nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto, ubi tentaverunt me patres vestri: probaverunt et viderunt opera mea.	Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra sicut in irritatione, secundum diem tentationis in deserto, ubi tentaverunt me patres vestri: probaverunt me, et viderunt opera mea.	hodie si vocem ejus audieritis nolite indurare corda vestra sicut in contradictione sicut in die temptationis in deserto ubi temptaverunt me patres vestri probaverunt me et viderunt opus meum	Utinam hodie vocem ejus audiat: "Nolite obdurare corda vestra ut in Meriba, Ut die Massa in deserto, ubi tentaverunt me patres vestri, Probaverunt me, etsi viderunt opera mea.	Utinam hodie vocem ejus audiat: "Nolite obdurare corda vestra, sicut in Meriba, secundum diem Massa in deserto, ubi tentaverunt me patres vestri: probaverunt me, etsi viderunt opera mea.	Cuius vocem si hodie audieritis, nolite indurare corda vestra, ut in illo iurgio, ut in die tentationis in solitudine, quum me tentavere maiores vestri, quum me probavere, quamvis meum vidissent opus.
Quadraginta annis infensus fui generationi huic: et dixi: Semper hi errant corde. Ipsi autem	Quadraginta annis proximus fui generationi huic, et dixi: Semper hi errant corde. Ipsi vero	Quadraginta annis offensus fui generationi illi, et dixi: Semper hi errant corde. Et isti non	quadraginta annis displicuit mihi generatio illa et dixi populus errans corde est et non	Quadraginta annos taeduit me generationis illius, Et dixi: Populus errans corde sunt, Et non	Quadraginta annis taeduit me generationis illius et dixi: Populus errantium corde sunt	Quorum generis ego quadraginta pertaesus annos, cogitans homines esse socordes, meaeque

non cognoverunt vias
meas: quibus juravi in
ira mea, si introibunt in
requiem meam.

non cognoverunt vias
meas, quibus iuravi in
ira mea: Si introibunt in
requiem meam".

cognoverunt vias meas:
ut juravi in ira mea: Si
introibunt in requiem
meam.

cognoscens vias meas et
iuravi in furore meo ut
non introirent in
requiem meam

noverunt vias meas.
Ideo iuravi in ira mea:
Non introibunt in
requiem meam".

isti. Et ipsi non
cognoverunt vias meas;
ideo iuravi in ira mea:
Non introibunt in
requiem meam".

ignaros viae, iratus
iuravi, non esse in
meam requiem
perventuros.